

*De Immunit. part. 2. cap. 16. dub. 10. sc̄t. 7.* num. 1., qui eos simpliciter refert pro opinione affirmativa, quod transiens per locum immunem ductus à Ministris gaudet Immunitate, nec ab ipsis sit aliqua mentione de d. distinctione; immo, quod p̄ius *Germonius* nec minus loquitur ad propositum Conclusionis à *Delbene* relatæ; & *Boer* dicit totum contrarium. Ultra quamquod, dato etiam per impossibile, quod suffragetur Immunitas, si transitus fiat voluntariè, dici non potest, quod recessus Birruariorum cum dicto Mazzocchio per Coemeterium fuerit voluntarius, & cervellotieus, nam janua alterius Mansioñis, sive Stantia ipsius Caupona respondet cuidam ignoto Viculo, qui ex uno capite nullum habet exitum, & vix ferè innotescit ipsis Fanensibus, multoque minus Birruariis, ut plurimum exteris, qui non tenentur divinare, quod in d. Caupona ad sit alia Stantia, & quod in hac Stantia extet janua, quæ respondet Viculo. Neque relevat tertium fundamentum, quod scilicet à Birruariis fuerit impedimentum confugium ad locum immunem, quia adhuc ut tale impedimentum dicatur prejudiciale Immunitati Ecclesiasticae requiritur, ut præstetur à Birruariis, qui existant, vel in loco Sacro, ut videre est in *decif. 65. Cortiad.* ex adverso citat. à *num. primo*, usque ad *num. 8.* vel intrà spatium *40.*, aut *30. passum*, quod gaudeat Immunitate, ut ex doctrinis allegatis in Consultatione §. *Ratio autem Ec. cum duobus sequent.*, & clariss ex *Pignatell. Consult. 84. num. 2. tom. 9.* Neuter autem casus est applicabilis nostra hypothesi, nam, ex concessis, Birruarii steterunt ad portam Caupona, & per consequens non fuit præstitum impedimentum à stantibus in loco sacro. Nec minus fuit præstitum à permanentibus intrà spatium quod gaudeat Immunitate, nam quoad Ecclesiæ quæ non sunt rurales, sive campestres, earum spatium *40. passum* quo ad Cathedram, & *30.* quoad alias Ecclesiæ inferiores ad text. in c. *si quis antiquitus 17. q. 4.*, non gaudet Immunitate, nisi constet de legitima consuetudine: Idque ob dictarum Ecclesiæ frequentem numerum, & frequentiam Delinquentium, quemadmodum declaravit *Sac. Cong. Immunit. in una Interannen. die 17. Julii 1663.* citat.

à *Pignatell. tom. p. conf. 435.*, & magistraliter comprobatur relatis prius omnibus Doctorum opinionibus *tom. 6. conf. 25. n. 13.*, & *54.*

Præsertim si propè Ecclesiæ essent ædificatae habitationes Laicorum, cuiusmodi est Caupona, de qua agitur, quæ cùm non pertinet ad Ecclesiæ, ex ejus proximitate non consequuntur privilegium Immunitatis: *Bonac. tom. 2. circa prim. Decal. præcept. disp. 23. quest. 7. punct. 4. nū. 7.*, *Antonell. de regim. Eccles. lib. primo cap. 9. num. 23. in fin.*, & alii plures apud *Panmoll. decis. 88. num. 17.*, & est optiuus textus in *Can. definitio 17. quest. 4. ibi -- In hoc 30. passum numero, absque Domorum extranearum receptaculo, aditum obtinebunt.*

Et in omnem casum, quando etiam ob existentiam Satellitum non in loco Sacro, sed extra, & propè eum, diceretur impediri confugium, ut firmat *Cortiad.* non per totam *decif. 65.*, nec per tres casus decisos, sed in solo *num. 9.*, ubi semel decisum refert sub die *29. Junii 1636.*, & voluit *Frances. de compet. int̄r. Cur. quest. 79. num. 9.* (nimirum tamen ultra progressus, dum non erat, quod gaudeat Immunitate impeditus ingredi Ecclesiæ per Ministros seculares existentes intrà, vel extra propè locum Sacrum, prout in his terminis eum citat prefatus Antistes in §. tertium fundamentum, sed quod gaudeat impeditus per Ministros existentes intrà vel extra ad spatum ducendorum passum, quod nemohucusque dixit.)

Quando etiam, inquam, ob talem existentiam Satellitum non in loco sacro, sed extra, & propè eum diceretur impediri confugium, id bene procederet quatenus iudicem Satellites principaliter, & ex proposito, ac dolose ibidem persistenter, obviam sese facientes confugientibus, præsertim insultando armis, jactu lapidum, percutiendo, timorem incutiendo &c. eo animo, ut capturandi impedianter accedere ad d. locum Sacrum, ut patent exempla per totam præcitat. *decif. Cortiad.*, attentè viden., & supponitur in d. §. *Tertium fundamentum ibi -- Confugium propterē dolōsē hoc modo impediendō* - ac fuit judicatum (& bene) in hac Curia Episcopali Ferrarensi sub die *29. Iulii 1700.* per Antecessorem meum, nunc meritò Episcopum Sulmonensem contrâ Fiscum huius Legationis ad favorem Benedicti Guelfi, qui percussionibus cum bculo,

culo, & insultibus cum armis fuit impeditus nè se reciperet in Ecclesia Parochiali Terræ Mellariæ.

Hujusmodi tamè dolus, & animus impediendi confugium excluditur in hac nostra facti specie, quandoquidem dum Birruariis licitum erat capturam facere intus Cauponam, poterant per consequens aliqui eorum simpliciter præoccupare illius portam ad tutè perficiendum actum capturæ, nam permisso actu, censetur permisum omne id, per quod pervenitur ad actum vulgat. *I. ad rem mobilem 56. ff. de procurat. ubi Glof. in verb. recta aget.*

Maximè, quia ex communiter accidentibus actus præoccupationis portæ Domus, altiusque loci, ubi fit capture, censetur connexus cum ipsa capture, idèque individuus, ex generaliter deductis per DD. in cap. translato, ubi gloss. de *Constitut. cap. præterē de Offic. delegat. Ioan. de Imola conf. 139. num. 6. Cravett. conf. 100. num. 2.*, & seqq. lib. 2. *Grat. discept. for. cap. 831. num. 21.*, & *Surd. decis. 199. num. 13.*

Quinimodo cessat quæstio ex facto, nam tunc dicitur impediri confugium per Satellites, quando ipsi sunt in causa, quod Inquisitus nequeat devenire ad locum immunem, ut mox dictum est in §. Et in omnem casum, tunc enim privandus non est Immunitate, sumpto argumento ex Iuris principio, quod possesso dicitur actualiter quæsita si non stat per eum, qui debet apprehendere, & impeditur nè illam consequatur *I. cum unus in fin. ff. de bon. autorit. Iudic. possid. cap. contingit. 9. de dolo, & contumacia Grat. cap. 939. num. 10. Postb. de manut. obseru. 21. num. 17.*, & *decif. 175. post eundem, Frances de competent. inter Cur. quest. 9. num. 9.*

In casu autem nostro Birruarii, qui præoccupaverunt portam Caupona nullum præsterunt impedimentum Mazzocchio, nè confugere posset ad locum immunem, quia ipse Mazzocchius statim fuit arrestatus, & captus intus d. Cauponam; Et sic sumus extra terminos quæstionis, quæ locum sibi potuisset vendicare si idem Mazzocchius se eripuissest è manibus Capientium, & incidisset in manus Birruariorum stantium ad portam, ut patet ad sentum.

Nec dicatur, quod saltē hujusmodi impedimentum confugii fuerit præstitum ab ipsis Birruariis, qui immediatè fece-

runt capturam.

Quoniam si id esset admittendum, sequetur, quod nullus posset capturari in Dominis privatis, aliisque locis non immunibus positis propè Ecclesiæ, & per indirectum Domus ipsæ, aliaque loca prædicta evaderent immunia, quando non sunt, nam quomodounque, & ubicunque sequatur capture, etiam in sequentibus Birruariis, & capientibus aliquem fugientem versus locum sacrum verificaretur, quod impeditur confugium; quod nullatenus est dicendum, quoniam, secluso illo impedimento, quod dolose, & ex proposito præstatur à stantibus propè locum Sacrum, & obviam sese facientibus confugientibus, ut suprà dictum est, attendendum est id, quod principaliter agitur, & intenditur, hoc est, quod capture fiat in loco non immuni, & sic licet, non autem quod venit incidenter, & in consequentiam, ut est assertum impedimentum confugii, prout præter generalia, de quibus *Ias. in l. si quis nec causam, & seqq. ff. si cert. petat. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. glof. 45. §. 1. num. 35. Monet. de distribut. quotid. part. 1. quest. 5. nu. 23. Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 7. num. 102. vers.* Et semper *Caput aquen. decis. 15. num. 6. part. 2.* in specialibus terminis, quod Captus in aliqua Domo, esto quod dicat, quod intendebat ad Ecclesiæ confugere, siveque fuerit impedimentum confugium, non possit futuri privilegio allegatae Immunitatis decum extitisse in Cathalonia usque de anno 1617. die 24. Septembri testatur *Cortiad. d. decis. 65. num. 5.*

Explosis dictis tribus fundamentis, ac firma soliditate Sententiæ negativæ excludentis privilegium Immunitatis, ut potè rationibus, & majori calculo Doctorum, ac ipsius Sacrae Congregationis Oraculis corroboratæ; Viceque versa visa, & posita in claris exilitate opinionis affirmativæ omni legali præsidio destitutæ, inapplicabilis remanet Conclusionis, quæ per ora omnium volitat, quod in conflictu opinionum, & in dubio partes Iudicis sunt respondere prò Immunitate ex abunde, & copiosè cumulatis in Consultatione §. Et quatenus, quæ in hac parte nequit Omissione notari, dum prò stabilienda dicta Conclusione vulgata, de qua plenæ sunt paginæ, præ cæteris remissivè citantur Sacrae historiæ, exempla, Car.

Carmina, & distichon inter Fridericum Barbarosam Imperatorem, & Gregorium Nonum Summum Pontificem, nec non quidam Abbas de Burgo nè i Viaggi di cinque anni tom. 1. fol. 523., & tandem Sperellus in decis. 149. nu. 27., & 28. ibi. *Satiis est Reum etiam extrà locum Sacrum repertum Ecclesie ob illius venerationem restituere, quam è loco Sacro erectum Curia Sæculari scandalosè relinquere.*  
 Quandoquidem non sumus in dubio, neque in confictu opinionum hinc indè, sed ver- samur circa materiam certam jam decisam in exclusionem Immunitatis per dictas posteriores Declarationes Sacrae Congregationis specialiter deputatae ad dirimendas controversias, quæ passim oriri solent; aduersus quas Declarationes inutiliter adducitur authoritas privatorum Doctorum. *Sperell. decis. 105 num. 50.* maximè si destituta sit optimis argumentis. *Idem Sperell. decis. 129. num. 31.* Idque jure meritò, nam in ma- teria Immunitatis petenda est aqua è puris Sacrarum Congregationum fontibus, non ex turbidis aliquorum Receptiorum lacu- nis, ut formalibus verbis admonet. *Dian. Coordinat. tom. 9. in prefat. ad Lectorem post tract. 14. fol. 486.*

Ac proindè non vendicat sibi locum, immò extranea redditur d. Conclusio, quod in dubio pronunciandum sit pro Immunitate. *Pignatell. tom. 1. Consult. 48. num. 6.*, quam Conclusionem, popularē appellat in Consult. 9. part. 9. num. 14. & 15. ubi subnectit, quod licet prò Ecclesiastica Immunitate, & Libertate sit semper pronunciandum, non tamè illius favor extra terminos Iu- ris, nec in præjudicium alterius, & sic Fo- ri sacerularis trahi debet, cùm Ecclesia sit cultrix Iustitiae, & non querat quæ sua non sunt, & citat Sperell. decis. 62. num. 27. vers. ex quibus, & num. 28. ubi ait, quod quemadmodum Principem sacerularē decet pri- vilegia, & Immunitatem Ecclesia conservare, ita Episcopum debere Principis Jurisdictionem non perturbare, cum immò alter alterum tueri debeat.

Et denique nè amplius divagernur per mendi- cata suffragia, nevè ullus alius omninò re- maneat ambigendi locus, quod totalitè ponit gladium ad radicem illud est (& hoc pro Coronide) quod consulta Sacra Congregatione super præmissis, non à Curia Sæculari, sed ab ipsomet præstantissimo

Præfule post latum Decretum, quod Mazzocchius gauderet Immunitate Ecclesiasti- ca, propositoque dubio ex integro an gau- deret, vel non, forsitan effectum, ut po- tuisset deinde declarare, quod iidem Birrua- trii inciderint in Censuras, & successivè eos- dem denunciare excommunicatos in even- tu, quo responsum affirmatiuum reportatū fuisse, & quamvis in figuraione casus ex- primere Omisisset circumstantiam, quod nullus aliis patebat aditus ad Cauponam preterquam per Cœmeterium, & sic, à for- tori, adhuc cum supposito, quod potuissent ire, & redire Birruarii cum Carcerato per locum non immunem, & nihilomi- nus maluerint transire per Cœmeterium, prodiit tandem ab eodem Sacro Confessu re- solutio negativa (Omissa tamen, & Negle- Etia in calce Consultationis, ubi pro verita- te, & ad publicum profectum quò principa- litè tendit Librorum editio, registrari de- buerat), cuius copiam penè me habeo, & habuit antè me Præfus ipse, tenoris sequen- tis, videlicet

*Ita reperitur in parvo Regesto Decretorum Sacrae Congregationis super Immunitate Ecclesiastica, & Controversiis Jurisdictionibus in Congrega- tione habita sub die 7. Septembris 1688.*

Fanen. Vicarius Apostolicus. *An Ludovicus Mazzocchius gaudeat Immunitate Ecclesiasti- ca, dum Birruarii pro carcerando dictum Maz- zocchium intùs Cauponam vulgo Bettola, propè Ecclesiam Parochialem Divi Thome ejusdem Civitatis transierunt per Cœmeterium dictę Ec- clesia, & postea reversi fuerunt undà cum Carce- rato per idem Cœmeterium?*

*Sacra Congregatio &c. censuit*  
*NON GAUDERE.*

*In quorum fidem &c. Datum Romæ sub hac die 23. Octobris 1688.*

*G.CARD. CARPINEUS.*

*Loco + Sigilli*

*F. Archibp. Corinthi Secret.*  
 Cæterū quoad appellationem interpositam per Fiscum Curia Sæcularis à prælibato De- creto, quod Mazzocchius deberet gaudere Immunitate Ecclesiastica, admittebatur de plane Conclusio, quod in Causis Immuni- tatis, Libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasti- ca nulla datur appellatio ab Ordinariis ad Metropolitanos, nec in suspensivo, nec in devolutivo, ut ex literis circularibus Sacrae Congregationis ad Archiepiscopos Italiae, quas

quas servandas esse in omnibus, & per om- nia resolvit *Sac. Cong. sub die 19. Julii 1661. ad tradita per Pignatell. tom. p. conf. 494. per tot.* Neque ad Nuncios Apostolicos, ut advertit clarae memoriae *Card. de Luca in Theatro Ju- stitiae, & Veritatis tit. de Relatione Curie Ro- mane discurs. 17. num. 14.*, & alibi.

Nec etiam ad Cardinales Legatos, ex latè, & diligenter collectis in Consultatione §. Ade- aut, quia licet ipsi amplissimam habeant fa- cultatem in Provincia per ea, quæ tradit *Fragos. de Regin. Repub. Christian. tom. 2. lib.*  
*4. §. 2. per tot.*, habeantque utrumque gla- dium, Sæcularem, & Ecclesiasticum, nec- non plenitudinem potestatis, ut notat *Ray- nald. tom. 1. observat. crimin., civil., & mixt. proem. §. 7. num. 88.*, & cap. 8. §. 3. sub n. 170.

Attamèn quemadmodum nequeunt se inge- rere in materiis spiritualibus, quas Concilium Tridentinum Ordinario remittit, ut est Clausura Monialium, Approbatio Con- fessorum, Collatio Ordinum, & cætera hujusmodi, stante prohibitione *Sanct. mem. Innocentii X. de Voto Sacrae Congreg. Episcop.*, & Regular. sub die 30. Septembris 1650., cuius meminit *Nicol. in Flosc. verb. Legatus num. 3. in fine*, & *Pignatell. tom. 2. consult. p. nu. 4.*

Prout nuperrimè quoad approbationem Con- fessorum idipsum decrevit *Sac. Congreg. Concilii in Ferrarien. Jurisdictionis sub die 12. Januarii currentis Anni 1704.* nàm propositis dubiis. Primo, *An Ecclesia Fortalitii, seu Arcis Ferrarie subsit Jurisdictioni, & Visita- tionis Eminentissimi, & Reverendissimi Cardina- lis Episcopi.* Secundo, *An Capellanus dictæ Arcis in eadem Ecclesia possit audire Confessiones Sacramentales absque approbatione Emī Episco- pi, & de licentia tantum Emī Legati, à quo deputatur.* Eadem *Sacra Congregatio*, utro- que Eminentissimo informante, respondit. *Ad primum Affirmative.* *Ad secundum Negati- ve.* Et ad tertium (referam adhuc illud, quamvis abs re, nè circa integratatem De- creti Omissione redarguar). *An Milites, aliique degentes in dicta Arce teneantur explo- re præceptum annua Communionis Paschalis in Ecclesia Parochiali S. Blasii, & etiam ipsius Parochi subesse debeant circa curam Animarū, & administrationem Sacramentorum in casu &c.* Respondit *Affirmative.*

Et quemadmodum non valent in prima instantia absque turbatione Jurisdictionis Ec- clesiastica cognoscere *Causas ad Curiam*

Episcopalem spectantes, resistente ejusdem Sacri Concilii Tridentini dispositione in vul- gat. cap. *Causæ omnes 20. Sess. 24. de reform.*, etiam si partes consentiant in Jurisdictio- nem ipsorum Legatorum (quod est adno- tandum) dissentiente Ordinario, ut rescri- pit *Sac. Congr. in Ravennaten. Jurisdictionis 3. Maii 1642., 14. Martii 1648., & 4. Maii 1675.*, iisque relatis bene firmat, immò stringit in *Torculo Barusus resol. 75. num. 18. 19., & 20.*

Et plenitudo potestatis non adeò protenditur, ut per interpositionem appellationis apud Tribunal Legationis, vel per illius inhibi- tionem, ligentur manus Tribunalis Epi- scopalis, quoad ulteriorem executionem provisionum, vel præceptorum, quæ fierent ad continentum Populum in officio, & obe- dientia circa ea, quæ spectant ad visitatio- nem, morum correctionem, observantiam Decretorum Sacrarum Congregationum &c., ut sancivit *S. C. T. sess. 24. de reform. c. x.*, & respectivè innuit *Sac. Congr. Episcop.*, & *Regular. adhuc in Ferrarien. sub eadem die 12. Januarii, sed anni proximè preteriti 1703.*, nam interposita appellatione apud Tri- bunal Legationis à præceptis emanatis in Tri- bunalis Episcopali in executionem quorun- dam Decretorum Sacrae Congregationis, non ideo remansit suspensa Jurisdictio d. Tribunalis Episcopalis; quinim nō eadem Sacra Congregatio, non obstante d. appella- tione, respondit. *Servari Decreta, & pre- cepta Eminentissimi Episcopi, &c.*

Ita multo minus se im mīscere possunt in ma- teria Immunitatis, quæ (deemptis Episcopis quorum est eam defendere, & de ea judica- re) reslidet specialiter penè ipsum Summū Pontificem. Egregiè idem *Barus. in Torcul. Jur. resol. 156. n. 10.* adeò, quod nec etiā nō possunt absolvere proprios Ministros si de- clararent excommunicati in Foro Episco- pali, prò eadem Causa lèsse Immunitatis, Libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiastice, *Sac. Cong. Immun. in Ferrarien. 17. Septembris 1632.*, cuius literas referuntur de verbo ad v. er- bum, *Pignatell. tom. p. conf. 172. nu. 17. in 2. editione Veneta*, quem sequitur *Raynald. tom. 4. supplet. 6. ad cap. 1. n. 27., & 28.*, Easque summatis recenset Illustris. Præfus in d. §. Adeaut &c. in fin., & prius retulerat *Panimol. decis. 85. adnot. prima num. 24.* Admittebatur, inquam, (ut revertar, undè haud